

Panor. super secunda Primi.

dimentum, quia non poterat ibi transire non exanimatus. prima impedimenta tolluntur ex sola licentia, sed quia operatio illorum non potest dari ante examinationem, per hoc non poterit dare exercitium illorum antequa examinationem. eo ergo examinato poterit ante examinationem etiam transire seu consentire, sed postea non poterit transire antequam sit examinatus, & sic loquitur hic. & hoc operatur scriptura illius priuilegii, quia contra ius, secundum hoc operatur tenor verborum, de cuius mente appareret papa voluisse sibi referuare examinationem. exinde debet ergo iste priuilegium in duobus. primo quia volebat transire ad parentem, & erat concessum ad maiorem tantum, quod faciliter conceditur. secundo quia volebat transire non exanimatus, quod erat contra mentem reservationis ibi. Dū tamen &c. & contra interētū priuilegii, quod stricte interpretandum est. Dicit Geff. quod ultra hoc operabitur ista indulgentia, quia non postulatus alias non habebat ius pretendi confirmationem. modo ex vi licentiæ poterit, ex quo de persona & postulatione constabat, quod non placet Hostien. qui dicit quod fine tali indulgentia habet ius petendi confirmationem, & absque ea confirmatur, quando petitur, propter utilitatem ecclesie, ut ipse no. sup. de elec. in ca. cum ad monasterium. Secundo dicit Host. quod operabitur circa examinationem, quia vbi alias examinationem spectasset ad papam, quia papa haberet admittere, modo ex quo data est licentia, transiendi, poterit transire abesse ex amitione papæ, & poterit patriarcha examinare ex vi licentiæ, quod alias non posset, nisi alias sit hic immediate subiectus papæ, quia tunc papa haberet examinare, nec dicetur tunc patriarcha iure suo examinare, sed ex hac licentia generali papæ. [†]Hic Doct. tractant, seu querunt nūquid priuilegium, alias beneficiū a debeat extendi? Dic quod aliquid priuilegio, & stricte interpretatur, dummodo aliquid operetur, debet tamen intelligi, quod aliquid operetur, & sufficit quod aliquid operetur contra concedentem. Aut sapit naturam beneficii, & late interpretatur, si ex hoc alteri non infertur præjudicium, quam concedenti, sic loquitur hic. Aut loquitur in beneficio, & tunc aut est ambitiosum. & stricte intelligit. [†]Et dicitur ambitosum multipliciter. quandoque, quia contra naturalem, rationem, vel æquitatem, vel tangit periculum animarum, ut hic, & sup. ti. i. c. dummodo. ii. ad fi. quandoque, ambitionem & odiosum est ratione personæ, de fil. presby. c. literas & c. fi. ut quia persona est propter qualitatem communiter iuri exosa. quandoque ratione sui tenoris, ut contra ius alterius imperatur, ff. de vul. & pup. lex facta. Aut est fauorable, quia non concernit in commodum alterius, & tunc latissime interpretatur, quod dicit hic. Host. etiam si in aliquo deroget iuri, quod intelligo de iure communi concerne nente concedentem, alias semper stricte interpretaretur, quia transire in materia priuilegii, hoc verum, quatenus verba patiuntur, non ultra, ut hic, de hoc de verb. sign. ca. olim. vbi bona gl. & hæc differentiam inter priuilegium & beneficium posuit glo. sup. e. c. inter corporalia. [†]Op. hic innuitur quod habens indulgentiam debeat postulari, immo quod non debeat postulari, sed eligi. ex quo. enim lata est finia transiendi contra vinculum, habet licentiam apertam, & difficultas transiendi sublata est. ergo debet posse eligi, ad hoc. sup. de elec. c. cum Vintonen. Sol. dicit hic Innoc. exp. sum, quod licet dispensetur cum aliquo inhabili ad electionem ex dispensatione non habilitatur ad modum prouidenti, ut possit eligi, sed debet postulari. Vnde dicit in hac materia sic dicendum, quandoque dispensatio ex toto non tollit impedimentum, a quo necessitatibus via postulandi, exē plum, ut in alligato alteri ecclesiæ, quia licet detur licentia, per hoc non tollitur vinculum materiale, ex quo surgit difficultas, & tunc postulari debet, ut hic. Quandoque tollitur vinculum prima facie ex toto: & tunc considera quale sit vinculum, aut est odiosum, & tunc quia dispensatio est fauora bilis, ideo tollit ipsum ex toto, exemplum ponit in illegitimitate, & rationem assignat, quia facilius tollitur odium, tollitur fauor, & non remanent aliqua reliquia, per quod dicit Inno. quod eligi potest. Dat simile in pacto, quod tollit ex toto obligationem & actionem descendenter ex delicto, quia odiosa est ff. de pact. I. tibi. S. quedam. Vnde nullis remanentibus vestigiis aut reliquiis ualeat quod agitur, & eligi potest, ut in illegitimitate, illegitimus ergo legitimatus potest eligi. Quandoque vinculum est fauorable, & tunc dispensatio est odiosa, ideo restringenda, & tunc defecitus ex

toto non tollitur per dispensationem quo ad reliquias & vestigia prima, puta quia fauor difficulter confunditur, ut partet in aliis actionibus fundatis super fauorabili causa, quæ non tolluntur ipso iure, sed eliduntur ex pacto, ff. de pact. I. si unus s. pactus. & l. in proposito, ut dare contra vinculum licentiam, quod est fauorable, & tunc non potest eligi, sed debet postulari, & sic potest etiam loqui hic, per quod concludit hic. Inn. quod necessaria est postulatio, & fuit postulatus, ut hic, & tunc est quod postuletur, licet secundum eum posset tolerari quod eligatur per mutuum consensum eligitum, & eleeti, propter licentiam potest contrahi matrimonium. Dicit tamen tutius esse quod eligatur in postulandum, uel postuletur in eligendum. satis credo quod haec forma procedet propter probabile dubium, per c. i. de postu. præla. seruata forma, ut ibi dicit Host. quod tutius est quod omnia per papam fiant, & quod hic non consentiat sine conscientia papæ, quod huius dubii superior est papa, non ipse postulatus. Inno. autem refutat. & Io. dicit quod poterit de iure consentire, & quod examinatione poterit iste inferior, ut dixi, ut patet ibi, per eum examinatione facienda, quia sic impersonaliter est loquitus, ut notet quod sibi non est reseruata, sic de elec. c. ne pro defectu, quod satis mihi placet, quod licentia aperit viam ad vinculum ut aliquid operetur & credo quod hoc possit facere ante examinationem. & quia examinatione exigitur demum ante transiendum, ut etiam sentit glo. vel cum licentia sit conditionata & si idoneus sit, melius credo quod ante examineetur, ut purificetur conditio indulgentiae, per quod apparet quod tutor est op. Host. [†]Vltimo querendo qualis erat haec examinatione. Dicit quod erat extra judicialis, sicut & cum mandatur alicui, ut alteri prouideat, si est idoneus, non necessitatuer ad aliquos circuitos, secundum Inno. de quo vide de præsumpt. c. fi. & i. cle. i. de off. deleg. de concess. præb. c. proposuit. & uide de post. præla. c. i. pei. Inn. de elec. c. cum inter canonicos, per eundem quod no.

A D D I T I O.
¶ Debeat extendi. Tu uide de hoc Bald. in l. fi. C. de fru. & lit. exp. Bar. in l. 3 in Erin. uer. 3. limita, & ibi pulchre per Ale. quod quodque iur. can. in c. 2. de mu. pet. Dy. & Phil. Fran. in reg. in judicis, de reg. u. & Ro. co. l. 146. col. 2. verbi. respond.

De autho. & usurpal. Rub.

S V M M A R I V M.

¶ Pallium quid sit, & a quo concedatur, & unde dicatur, & que sit eius forma.

Visum est de postulatis, electis, & translatis. sed quia assumptis per hos modos licet. ut pallio si ecclesiis ad quas assumentur, dignitas palli debeatur, igitur & c. de materia dist. c. per totum. 25. q. ii. s. c. in Galliarum. conuenient huic rub. de elec. c. significasti, & c. suffraganeis, & c. quod sicut Item archiepiscopus quod renunciauit deinde non virtut pallio, de renun. c. ad supplicationem. Item quandoque papa se offert missurum pallium, quod tamen alias instanter peti debet, de postu. præla. c. bonæ. il. ii. in fi. [†]Quid est pallium? Pallium est insigne ornamentum atchiepiscopi, uel episcopi de corpore B. Per. sumptum, de elec. c. significasti. De episcopo dicitur quod aliquando pallium sibi competit ex priuilegio, de præsumpt. c. cum in iuuentute. Quis concedat pallium, dic quod quatuor patriarchæ. ³de prini. c. antiqua. Et scribitur pallium peri, & non pere, nam est pallium dignitatis, & pallium honestatis, quod etiam defert laicus. infra de hom. c. uscipeimus, & utrumque dicitur a pallium Grece, Latine motu uel concusione. nam plerunque pallium mouetur, & pallium saepius. unde minister multoties id cōuerit ministrandio, uel dicitur pallium a pallire, a pallio pallis debent. n. præ ceteris Deum diligere, ieiuniis ergo & vigiliis insistendo pallidus ester solet. Quod o de forma pallii. Dic quod in eo ponuntur quatuor crucis nigri coloris, propter mortificatio

A D D I T I O.
¶ Quatuor patriarchæ. Dic quod maiores patriarchæ. s. Ale. Constantinopolitanus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, habent ex priuilegio, quod conferat Metropolitanus, quibus præsumpt. pallium præsumquam & ipsi receperint, ut no. in c. antiqua. inf. de prui. & ibi maxime per Innocent. Mores vero patriarchæ, qui numerantur in 1. apo. in c. 1. de transla. ep. non postulat hoc, ut ibi. dem, & per Fel. in ru. de ma. & obe. circa prin.